„ leſimo ducenteſimo decimo, menſis Indictio-
„ ne quartadecima. Nos Clerici S. Marci, quorum
„ nomina inferius continentur manuali fide promit-
„ timus, quod amodo in antea bona fide ſine frau-
„ de faciemus Baſilicanos deinceps inſtituendos ſic
„ jurare: *Ego N. Basilicanus Eccleſiæ S. Marci ju-*
„ *ro, quod in toto eo, quod ad manus meas vene-*
„ *rit officio baſilicanatus fraudem non comittam, nec*
„ *comitti faciam, tam de chartis quam de aliis re-*
„ *bus in volta exiſtentibus, vel exiſtendis ad Comu-*
„ *munitatem Clericorum prædictæ Eccleſiæ pertinen-*
„ *tibus.*

„ Verumtamen, ne sub occaſione oblivionis ali-
„ cujus rei propter injuncti officii occupationem ni-
„ miam, poſſet de facili incurrere fraudem ali-
„ quam, exceptis dispendiis pro utilitate Eccleſiæ
„ faciendis consuetis vel neceſſariis, & ceterorum
„ exhibitione & denariorum, annuatim soldos qua-
„ draginta. Et quod omnes tam præsentes, quam
„ absentes, seu etiam suscipiendi fide conſtringan-
„ tur ſimili manuali. Quod ſi aliquis pro suæ te-
„ meritatis audacia hoc facere nollet, admonitus a
„ Baſilicanis, ſtatuimus quod partem non habeat,
„ donec se ſimili conſtrinxerit fide infra octavum
„ diem poſt admonitionem. Hoc attendemus, do-
„ nec omnes nullo excepto aliter vidimus imutan-
„ dum. Et quod in cuſtodia tenebo apud me illam
„ portionem, quam debuiſſet recipere Canonicus sub-
„ ſtitutus, vel de cetero in fratrem receptus, ſi
„ juraſſet. Si præſtare nollet illud sacramentum
„ quod omnes facimus de numero Canonicorum in
„ vigintinovem Primicerio & Cuſtodibus inter ipsos
„ computatis; eam tempore mei baſilicanatus ad

„ uti-